

nec unquam inuenimus expositores siue grecarum siue latinarum
 fabularum dicere cophon prolopon esse quartam personam: & ut
 disrumparis repeto nunquam dici cophon prolopon nisi duobus superi-
 oribus moribus. Grauissime itaque chal. peccauit nec tu defendere
 ausus es: siue quia nulla sit in te eruditio: siue quod uerissimum est uer-
 tum adeo patebat: ut illud excusare magis impudens quam indocti-
 hois foret: sed recte mer. pro cophon prolopon intelligi quartum
 aliquem auatorum: qui quis non compareret: tamen ita locum in ama-
 da paula haberet quemadmodum in dramatis prolopon partes suas
 agat quis non loquat. Facebat itaque hois maledici rabiosus cla-
 mor quando nihil nisi futile & insulsum in medium euomat: be-
 ne autem enucleata omnia & scientissime interpretata pertere-
 re conat. Sed quid peruersius expositum aut impudentius dictum:
 imo quis unquam improbius nel cynedo scribente satyraz aude-
 ret ingeniosus esse uel hiscere aduersus eam expositionem quam
 solus Mer. multiplici lectione & longa observatione notat de
 poculo nestoris in quo exponendo cum chal. falsam & ridi-
 culam sententiam dedisset: hic assertor nihil defendit. Ille eiz
 columnam legit: sed in significantia uerbi dumtaxat laborio-
 sus apparet. Censetur enim in precio esse interpretatur. ut
 sit hic scyphus censetur hoc est in precio est longeuo nesto-
 re. Quo dii boni miselle preceptis ruis dum quam pulcherrime
 explicitam questionem maculare tentas. An uides quantum
 peccaueris: non enim censetur scyphus sed censentur duo fun-
 di. In solecismum manifestarium incidit iste corrector: nec mi-
 nus sensum confundit quam uerborum structuram uitiat. Ergo quam
 toto expeditius & uerius cum alludat poeta ad fundos & co-
 lumbam de qua positione grammatici certauerunt ut expo-
 suit merula etiam a nestore ipso censerent duos esse fundos qui per
 se sentiente cum iis qui geminum fundum esse dicebant.

PAROCHVS.

Nec minus est impudens aut minus improbus dum insectatur quam pa-
 rocho me. enucleauit aduersus eum hoiesque nimis pertinax
 in ueritate per parazonio contendebat parochum inscribi oportere
 dicere quod sit ne defendere chal. clamitet parochon legendum esse